

## **Scientia Sanctorum**

Collecta Ex Meditationibus Ludovici De Ponte, Joannis Busaei, Joan.  
Suffren, Juliani Hayneufve, Et Antonii Gaudier, &c. E Societate Jesu, In  
Dominicas, Festa & ferias totius Anni digesta. Cum Indicibus duobus. I. In  
singulos dies. II. Ad Exercitia Spiritualia

**Puente, Luis de la**  
**Dilingæ, 1685**

48. De bonis status Religiosi.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60588](#)

fectiores, ut eos perficiat. Gratias agam: videbo  
quām sit inuībanum & ingratum, non lequi  
vocantem, imo periculosum, quando ideo vo-  
cat, quod hunc statum ducat vocatis opportu-  
num adsalutem. Quare de renuentibus dicit: *Non*  
*gustabunt cœnam meam, Et Ressiciens retro, non* *Luc. 14.*  
*est aptus regno Dei.* Porro in vocando Deus spe-  
ctat duo, & commodum Religionis, ad quam *24.*  
*Cap. 9.*  
*61.*  
vocat, & congruentiam ipsius vocati: nam  
providet tu in bono publico, tum privato: qua-  
re magnus error est reniti.

---

## MEDITATIO XLVIII.

*De bonis status Religiosi.*

### PUNCTUM PRIMUM.

**Q**uia eruit à periculis mundi: est autem Mundi  
mundus multitudo servientium concupis- Pericula  
centia carnis oculorum, & superbiae vita: quo- *1. Ioan.*  
rum alij per infidelitatem sunt extra Ecclesiam,  
alij autem per fidem, membra Ecclesiae, sed pu- *2. 16.*  
trida; inter quos vivunt quidem justi, sed cum  
periculo ab occasionibus, ab exemplis con-  
ventuum, à rebus ipsis: siquidem facilius est,  
teste Domino, *Camelum per foramen acus, Marc.*  
*transire quām divitem intrare in regnum Dei, 10. 24.*  
Gratias ago tibi Domine, quia eduxisti me de  
*Ur Chaldaeorum, ab igne concupiscentiæ illius.* *Gen. 15.*  
Multiplices porro, varij & miri sunt modi edu-  
cendi ex mundo, etiam per tentationes, & per-  
secutiones, ac per ipsos graves lapsus à Deo  
E e 3 per-

*Cap. 19.* permissos : & quasi *Loth* apprehensa manu exire facit,

## PUNCTUM II.

*Bona status religiosi sap. 7. 11.* **T**ria genera bonorum excellenter in statu Religioso inveniuntur : *Honestum*, ab religiosi omni choro virtutum, & donorum Spiritus sancti; *Delectabile* à gaudio in Spiritu S. & pace exuperante omnem sensum: *Vtile*, à medijs salutis consequendæ, ut in Religionem conveniat illud de sapientia : *Venerunt mihi omnia bona pariter cum illa*, & innumerabilis honestas, & divitiae plurimæ per manus illius: & ignorabam quoniam horum omnium mater est. Et fundamentum transitus, ut ait Basilius, ab humano more vivendi ad cœlestem, ubi est bonorum omnium cumulus.

## PUNCTUM III.

*Quid promittat Deo Religiosus Mat. 19. 27. Quid Deus Religioso promittat. 1. 2.* **S**uper colloquio Christi cum Petro. *Ecce nos reliquimus omnia:* ubi continetur quodam pactum Dei cum Religioso. Ac ex parte Religiosi, is renunciat rebus omnibus, tum voluptati & libertati per vota. Deinde addicit se Christi sequelæ per imitationem perfectarum virtutum. Quo faciunt, quæ Paulus de Moysé & alijs Sanctis habet ad Hebræos cap. II. Ex parte Dei protinuntur tria. 1. Sedes inter iudicantes, qui est honor specialis, quia ut glorificarent Christum, lemet abjecerunt. 2. Centuplum in hac vita, domos, fratres &c. vel spirituales consolationes, quæ centuplo superent terrenas

terrenas: ita ut ipsæ persecutiones & abjectiones fiant dulciores, quam honores sint mundanis. Et ideo ait: *centuplum cum persecutionibus.*

**3.** Vita æterna, ubi intelligitur singularis prævidentia perducendi hominem illuc. Quam- *Marc.* obrem pronuntiant sancti, perseverantiam, in *10. 30.* hoc statu signum esse prædestinationis.

## MEDITATIO XLIX.

*De providentia erga Prædestinatos.*

### PUNCTUM PRIMUM.

**C**um tres sint effectus Prædestinationis, *Vocatio, justificatio, glorificatio:* mire Deus ea perficit circa Prædestinatos.

### PUNCTUM II.

**V**oluit Deus sic quosdam eligere ex bonitate sua, ne omnes perirent, ut in his ostenderet divitias gloriæ suæ, tum etiam, ne infinita Christi merita frustrarentur.

### PUNCTUM III.

**V**aria sunt indicia prædestinationis, maximè verbum Dei libenter audire, obsecundare inspirationibus, studium servandi mandata Dei, & consilia, necnon Sacramentorum, & orationis, & exercitatio in operibus misericordiæ, & ipsa demum devotio erga beatam Virginem.